

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 2. In quo explicatur an aliquando liceat, & cui liceat malefactorem  
occidere,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

dere vetitum est hominibus: quicunq; sit qui occiditur, nec enim illus homo est tam vilis, & abiecta conditionis, quin huius præcepti autoritate defendatur, neab alio sine iusta causa valeat occidi.

Aduertendum est quarto, nihil referre quod attinet ad hanc occisionem, quoniam modo fiat homicidium. Siue enim quis proprijs manibus, siue ferro, siue lapide, siue laqueo aut veneno, siue etiam imperio, consilio ope, persuasione, aut quavis alia ratione, illius causa sit, in hoc præceptum delinquit iuxta Concil. Colon. in illius expositione & Catechismum iussu Concilij Trident, editum ac D. Anton. 1. part. tit. 14. cap. 4. §. 9. Adde contra hoc præceptum facere, eum etiam qui voluntatem habet alios occidendi: communie est enim præceptis omnibus, ut illorum transgressio conatur voluntate operandi, sicut & opere; siue voluntas sit efficax seu propositum operandi, siue complacientia simplex de opere, iuxta documentum 2. traditum in præced. libro 16. cap. 3. Et peculariter quoad hoc præceptum satis aperite deducitur ex eo, quod Dominus Matthæi 5. explicans ipsum, dixit. Ego autem dico vobis quod omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

Aduertendum est quinto, hoc præceptum non infringi ab eo qui priuat alium vita spirituali, inducendo scilicet ipsum ad aliquod peccatum mortale. Illud enim non est homicidium, quod hic vetatur, vt probe notauerit Nauar. in Enchir. cap. 15. num. 1. ver. 2. non idea tamen negandum est mortaliter delinquere eum qui tale quid faciat, prout patet ex communi doctrina de scandalo dato. Ceterum sub nomine occisionis hic vetitæ, accessorie intelligitur quoq; iniuste mutilations, percussions, verberationes, tortura, aliaq; huiusmodi pertinentia ad damnum alterius corporale, iuxta Nauar. loco cit. & ad cap. Homicidium, De penitentia. difl. 1. num. 2. & D. Anton. in cit. §. 9.

Censendi sunt etiam in hoc præceptum delinquere, non solum qui sunt in causa ut aborsus sequatur quando fetus iam est animatus anima rationali (quo casu verum homicidium interuenit, ex Sylvestri. Homicidium 1. versus principium, & Caetan. in verbo Aborsus, & Couarr. ad Clem. Si furiosus 2. part. §. 3. numer. 1.) sed etiam quando nondum est animatus: quia impeditur ne animetur; in quo licet non interueniat occidio hominis, interuenit tamen ei affinis voluntas mortaliter peruersa, prout ex prescrivent Nauarrii in cit. cap. 15. num. 14. & Caet. in eod. verbo Aborsus. Pro eoq; facit cap. Sialiquis, De homicidio; cum dicitur: tenendum ut homicidiam eum, qui fecerit ut mulier, non possit concepire vel generare, ut proles non possit nasci. Quando vero fetus animetur, varie quidem authores definitur: sed tenere possumus ex glossa ad principium distinctioni quinta, verbo Quadraginta; quod fetus masculinus ut longissime, incipiat esse animatus 40. die, secundum in vero, 80. Ea enim est sententia (vt annotavit Nauar. in eod. nn. 14. & in cap. 27. nn. 22. & Couar. in memorato nn. 1.) recepta communiter: id est teneri potest sine temeritate.

Aduertendum est sexto, homicidium hic prohibitus peccatum est suo genere mortale ex communi sententia: quod fatis patet: quia est, & contra charitatem, & contra iustitiam. Immo, ut bene aduerterit Sotus libro 5. de iust. & iure quest. 10. artic. 3. conclus. 1. peccatum est grauius carceris quam in proximum committuntur. Quod & augeri potest ex quatuor circumstantijs. Prima est, circumstantia personæ occise. Multum enim interest, vtrum ille qui occiditur sit pater aut aliis fanguine coniunctus, necne itemque fueritne reipub. necessarius, aut priuatis personis: ac demum fueritne persona in quam violentias manus inferens incurrit in excommunicationem. Secunda circumstantia est loci, nam occidere aliquem in loco sacro est sacrilegium, in confessione declarandum. Tertia est, circumstantia temporis: non quidem quod referat an die facta, vel profecto quis interficiatur, sed an occisor longo tempore animum occidendi haberetur. Quarta circumstantia, est sociorum: quia is qui alios induxit ad le iuandum in homicidio, grauius peccauit quam si solus occidisset.

Si petas, an delicta alia, qua diximus ad hoc præceptum pertinere sint mortalia? Respondeo esse ex suo genere: tamen ex levitate materie (qua non habet locum in homicidio)

posse esse tantum venialia perinde ac possunt ex subreptione, defactuq; plenæ deliberationis.

## C A P. II.

In quo explicatur an aliquando liceat, & cui liceat malefactorem occidere.

S V M M A R I V M.

8. Licitum esse publica autoritate malefactorem occidere.
9. Quomodo id procedat cum talis cognoscitur moriturus in malo statu.
10. Procedit quod nocentes captos in bello, & quod malefactores ex quorum maleficio res pub. magnum accepit detrimentum.
11. Preter publicam autoritatem, & iustam causam, conditiones ad iustitiam occisionem malefactoris requisite.
12. Circa ordinem iuris ad propositam occisionem necessarium limitaciones notanda.
13. De eo, quod Clerici peribent malefactores occidere, etiam auctoritate publica.
14. Habentes iurisdictionem temporale sufficientem, non prohibentur confidere iudices qui exercant iudicium sanguinis.
15. Quomodo possint conqueri de iniurijs acceptis, non obstat quod in malefactorem exercendum sit iudicium sanguinis.
16. Peccatum est mortale occidere propria auctoritate hominem etiam morte dignum.
17. De iure occidente vxorem deprehensam in adulterio.
18. Potest facta cuicunque occidendi dissidatum, quinq; conditiones requiri ut licet mandetur executioni.
19. De questione, An licitum sit cuicunque occidere tyrannum.
20. Mortaliter aliquem priuata auctoritate non licet.
21. Nec item vulnerare, verberare, &c. sine iurisdictione.
22. De talis iurisdictione iusta notanda cum Petro à Nauarr.
23. Quas panas ins imponant homicidae.
24. Casu ob quas occidens hominem excusari potest a mortali.

**H**Aec explicationem bipartitam faciemus. In priori parte persequemur eam quod occisionem factam publica auctoritate; & in posteriore quod factam auctoritate priuata.

P R I O R P A R S C A -  
P I T I S.

In qua explicatio proposita traditur, quod occisionem factam auctoritate publica.

Licitum esse publica auctoritate malefactorem occidere, L quando delictum tanta pena dignum est (quod præsumit iure ciuilis & cōsuetudine patriæ cognoscitur) bonum; commune id postulat, pater: quia sic ut habent membra & partes corporis humani ad totum corpus humanum, ita membra & partes res pub. ad totam rem publicam. Quare sicut cum expediat ad conseruationem & bonum totius corporis humani abscedere membrum putridum, id ipsum licitum est ex natura rei (quandoquidem naturale est vnum membrum exponere ad totum corpus saluandum) ita quando bono communi & illius conseruatione expediat, ut aliqui corrupti moribus omnino abscedantur, morteq; afficiantur in iustam penam: fas similiter est ex natura illius rei cuius sunt quedam membra, prata reipublicæ: vt à publicis ministris ad id deputatis plectantur relinquanturq;. Quae ratio est D. Thomæ 2.2. quest. 6.4. art. 2. Cuius doctrina communiter tenetur cum Caetan. ibid. & in Summula verbo Homicidium, accum. D. Anton. 2. par. tit. 7. cap. 8. §. 1. versus Quantum ad secundū; Francisco à Vièt. in relect. de homicid. num. 11. dictio 7. Soto in 5, de iust. & iure quest. 1. art. 2.

Ex qua consequens est, talem occisionem non esse hoc præcepto vetitam, prout annotant in eiusdem expositione Cœcil. Colonensem & Catechismus iussu Concil. Tridentini editus. Quinimo, ut Sotus in eod. art. sub finem ostendit: quantumvis iudei sat sciat nocentem quem penitire nolentem occidit, esse æternis supplicijs addicendum, nihilominus licet cum morti secundum leges adiudicat propter bonum

commu-

commune, quod particulari preferendum est ordine charitatis: & maxime in hac re dum ob viuis salutem multi exponerentur perditioni per impunitatem quam consequentur fangentes impenitentiam.

Neque obici potest, quod talis constitutus sit in spirituali necessitate: nam potius est in voluntate peruerfa, cuius non est tunc habenda ratio, et si quantum aquitas patitur, & ratio fader, morte damnandis procuranda sunt ea que pertinent ad ipsorum salutem spiritualem, eisque tribuendum est competens tempus, in quo possint se ad gratias diuinam consecrationem preparare, prasertim per sacramentalem confessionem: ad quam tale tempus ipsius negare peccatum est mortale: ut ipso dignum excommunicatione, iuxta Clementinam 1. De penitent. & remiss. nisi quis esset flagitosus valde, & ex cuius diuturniore conseruatione periculum imminetur reipub. tunc enim acceleratione vti liceret, tanquam procedendo cum eo magis ad defensionem necessariam reipub. quam ad ipsius punitionem. De qua re Petrus à Nauarr. De restitut. lib. 2. cap. 2. num. 224. & aliquot sequentibus. Vbi quoque tractat difficultatem de Eucharistia vtrum eam dannato ad mortem negare liceat. Cui satisfaciemus in sequentib. 29. num. 71.

Porro licet ex predictis intelligere, dubium non esse quin respub. circa peccatum possit obtenta iam victoria animaduerte in hostes nocentes, eosque morti addicere, prout norat à Victoria in relect. de iure belli num. 19. Vbi aduerte obiter non ideo licere tunc militi hostem in bello captum & apud se detinere occidere, quia non publica, sicut in constituta & congressu belli, sed priuata autoritate occideret, quod est contra iustitiam. Ex istud intelligitur quoq; licitum esse Iudicii adiudicare morti eum qui delictum morte dignum commisit, quamvis ingens ex illo emolumenitate reipub. obuenierit: ut cum fur aliquem bonis omnibus spoliaui, simulq; literas machinat proditionis obtinuit, quas reipub. obrulit vnde liberata est à periculo. De qua re Couar. ad Clemen. Si furiosus De homicid. 2. part. in initio. num. 4.

Iam præter conditiones iam dictas, publicæ in quaum potestatis, & cause legitimæ, tres adhuc requirunt ad licitam occisionem malefactorum. Prima est, vt ij qui potestantur habentes adiudicant morti malefactores, id faciant amore iustitia, non luore vindictæ, neque ex delectione effundendi humana sanguinem, aliove malo animo: prout noratur D. Anton. 1. par. tit. 14. cap. 4. §. 9. Nauarr. in Enchir. cap. 25. num. 15. & Sotus 3. De iustitia & iure, quæst. 4. art. 2. & tractat Petrus à Nauar. in cit. cap. 3. à num. 232. Satis autem probatur ex cap. Cum minister 23. q. 5.

#### De obseruando iuriis ordine in proposita occidente.

**S**ecunda conditio est, vt seruato iuriis ordine, mortis sententian ferat: sicut notauit Caeteran. in verbo Homicidium. vers. Vel ex parte modi. Qui consequenter docet peccare, homicidiique reos esse, qui veneno vel aliter secreto de mandato Principis occidunt non citatos, non auditos, non dannatos: etiam illi haberent rei læsa maiestatis: Princepsque ipse, non nisi priuata scientia seu absque publica probatione compertum haberet, talem aliquem mille mortes mereri. Cui sententia Nauar. assentientur in Enchir. cap. 25. num. 9. Ratio vero est, quia hic ordo iuriis pertinet ad ius naturale: quandoquidem natura aëris publici (qualis est iusta occiso hominis ex publica autoritate) exigit ut sit, sicut ex publica autoritate, ita & ex publica scientia; alioqui enim causa nec inter se, nec cum suo effetu erunt commensurata. In iure naturæ autem (cum sit Superioris, puta Dei) Princeps non potest dispensare, vt constat ex dictis in precep. lib. 13. num. 46. & ex traditis à Panormit. ad cap. 1. De causa possessionis. Cuius capituli verba illa Pontificis, Nec nos contra inauditam partem aliquid possumus definire: ad eam rem valde faciunt. De qua late Petrus à Nauar. in eod. cap. 3. num. 178. & aliquot sequentibus.

Secus vero est, si solus ordo positus à Princeps, esset iusta aliqua de causa omittus. Nam tunc nullum foret peccatum, quandoquidem lex talem ordinem imponens, quia

est Principis, non habet in ipsum vim coactuam, sicut in subditos: sed solum dictuam, vt paret per tradita in precep. lib. 13. num. 169. & sequenti: talisque directio cessat in reruente iusta causa: quæ presumenda est in Princeps quādū non constat de contrario: vt tradit multis aliis ciratis Couar. in Epitome 4. Decretalium 2. par. cap. 6. §. 9. num. 9. Imo tanta possit esse causa, vt ea stante concederetur Princeps, ius naturale ita interpretari, vt iudicet ipsum non prohibere, quin illius ordo licet in tali causa omitatur; iuxta ea que docte norat idem Couar. in eodem §. 9. num. 2. & 3.

Atramen ut Princeps tunc obtemperandum sit, oportet de tali causa constare. Vnde ex Caeter. in verbo Homicidium. versu, Vel ex parte modi: sicut illicitum est, Princeps non centrum aliquem ex priuata scientia damnare, ita & cætis in talre ei annuere confundendo, vel exequendo: quod facientes ait pariter homicida esse. Cui Sotus consentit in lib. 5. De iustitia & iure quæst. 3. art. 3. ante solutionem argumentis, & lequitur Nauar. in Enchir. cap. 25. num. 9.

Neque refert, quod ut inferius dicimus, Princeps iuste possit ex priuata scientia innocentem absoluere: quia dissipatio estratio, cum facilius nocentem viuere permittamus, quam innocentem morte afficiamus: possitque Princeps relaxare legis penam in flagitiolum decretam, quando id satius esse iudicauerit. Ita Nauar. in eod. cap. 25. num. 14. & Sotus in 5. De iustitia & iure quæst. 4. art. 4. c. i. i. l. u. r. Addé quod absoluendo innocentem contra allegata, & probata, solum vietetur ordo iuriis humani in reipub. constituti, ne alias peccata putentur relinqui impunita: cōdemnando autem nocentem inauditum, ordo iuriis naturalis perueratur. Iam quod ait Sylu. in verbo, Homicidium 1. quæst. 2. ver. 3. quando reus propter potentiam puniri nequit via ordinaria procedendo, Princepem non peccare faciendo illum occidi sine iudicio ordine, nō est admittendum, nisi intelligatur posito casu, quod publica notitia interuenierit: ea saltem ratione qua Nauar. tradit in precep. num. 10. cum indicat Princepem qui superiore non recognoscit, minime peccare si aliqua magna, & iusta de causa, omittat audire, & vocare reum morte afficiendum; dummodo curet pro ipso absente, allegari & probari quæcumq; possunt; vt factum est cum quidam magnus Monarcha virtute processus facti in absentia, & sententia late sine citatione, iussit quemdam militem ducem capite plechi: quia sine metu rebellionis eiusdem ducis, ac maioris partis exercitus audiri non poterat.

Quarentib. vero, An si notorium sit delictu, possit Princeps sine alio ordine, licet præcipere occisionem. Respōdendum est affirmari de mente Caeter. in eod. verbo Homicidium & Nauar. in cit. num. 10. Ratio est, quia id non dicitur tunc ex priuata scientia; sed potius ex publica fieri, quandoquidem factum notorium loco accusatoris, & tenui facit publicam scientiam, argumento cap. Evidentia, De accusationib.

Quod autem in eodem loco Caeteran. expressit Iudices inferiores par ratione posse excusari si repertos in flagitiu delicto notorio iubent suspendi; intelligendum est: nisi à lege tale quid sit cis interdictu: iij enim delinquunt non modo si iurius naturalis ordinem prætermittant; verum etiam si iurius humani ordinem obseruent, argumento cap. 1. De constit. & cap. 1. Defens. & re iudicata. Aduerte vero quod erit delictum sit notorium, Iudex nihilominus debet sententiam ferre, vt attigit glossa ad cit. cap. Evidentia, & tradit Panorm. ad cap. Vestra, De cohabit. Clericorum & mulierum num. 18. qui tamen addit, quod feretur sine solemnitate.

#### De proibitione Ecclesiastica tali occidente.

**R**estat tercua conditio; vt persona quæ occidit non sit Ecclesiastica, inferior Summo Pontifice. Illicitum enim est omni tali aliquæ authoritate etiam publica damnare ad mortem; quia ei prohibitum est omnino (non tam diuino, sed humano tantum iure vt bene ostendit Ludovicus Molina. De iust. & iure, tom. 3. tr. 1. 3. diffus. 8. num. 1.) ne in causa sanguinis seu mortis, aut mutilationis, quantumvis

iusta se immisceat. Ita enim habetur ex cap. Clericis, & ex cap. Sententiam, Ne Clerici vel Monachi traditique D. Thomas 2. 2. quæst. 64. art. 4. & est communis Doctorum sententia. Ratio vero huiusmodi prohibitionis est, quod indecens si tali iniuere fungi Clericos, qui per ordines susceptos ministerio altaris deputantur; in quo per Missa sacrificium passio Christi agni mansuetissimi representatur, qui cum patet non communabatur.

Arque si quis talium maioribus ordinibus initiatorum aliquid huiusmodi ficeret, peccaret mortaliter, prout memorata iura indicant, cum illos ob tale delictum flattuunt honore priuandos, & per censuram Ecclesiasticae compescendos. Sicutque Sotus lib. 5. De iust. & iure, quæst. 1. art. 4. & recentiores communiter tenent. Reliqui autem Clericis eodem Soto peccant solum venialiter. Quamquam de beneficiis dubitari potest, tanquam Deo & Ecclesia in iuriis. In eo: cum per talem cooperationem efficiantur irregulares, & consequenter incepit ad sacram ministerium, pro quo habent ab Ecclesia ipsa beneficium.

Ceterum cum eadem prohibito quia Clerici à canis sanguinum arcentur, sit solum humana, ut dictum est: ut Summus Pontifex citra peccatum: possit non solum iusta causa oblati semotio scandalis sententiam sanguinis aliquando ferre, sed etiam ea ex parte dispensare cum Clericis, potestatemque ipsi facere, ut causam sanguinis agant eidemque se immisceant, sive consulendo, sive alia quibus ratione: adeo ut iniurientes non peccent, nec in irregularitatibus incurant: etiam si ex tali facto ipsorum mores, aut mutilatio aliarius confecta fuerit. Ira Sotus in citato art. 4. sub finem, & Couar. ad Clem. Si furiosus De homicid. 2. par. §. 5. num. 1. aliquid docent.

Aduertere autem Episcopos, & ceteris Praelatis atq; alii quibusque Clericis iurisdictionem temporalem habentibus: sive ex suo patrimonio, sive annexam Ecclesiastice dignitati: licitum esse committere causam sanguinis. Iudicibus quos subditis suis praefecerint, neque in eate metum esse peccati, quantumcumque ille munus suum exequentes, mulcent aut interficiant malefactores. Eis enim tantum est prohibitorum tales causas sive per scipios, sive cum aliis exequi, aut ad illarum executionem cooperari, non item praeficer Iudices, & porefates laicas, a quibus executioni mandentur, prout habetur ex cap. finali. Ne Clerici vel Monachi in 6. Nec solum eis sive tales causas generaliter committere; sed etiam particulariter praepiendo ut circa talem causam inquirant, & faciant quod iustum est: ac quando Iudices a deputatis resulant facere, praeficeret alios seu assignare, qui in particulari de tali causa cognoscant, prout colliguntur ex cit. cap. fin. & affirmat Panormit. ad cap. Clericis, Ne Clerici vel Monachi. Attamen nihil possum dicere, vel facere, quo Iudicem a se constitutum moueant ad executionem mortis vel mutilationis, nec possunt exhibere praefationem suam, aut sententiam proferre ad executionem talis pena, prout colligitur ex cap. Ex literis, De excessibus Praelatorum.

Adhuc licitum est personis Ecclesiasticis eó queri apud Iudices seculares de quibuscumque malefactores, qui ipsi quodcumque damnum aut iniuriam fecerint; & petere emendam competentem; & vi prouideatur, ne in posterum contra ipsos tale quid fiat: præmissa tamen expressa protestatione, quod nō intendant ipsos puniri pena sanguinis, id est, mortis, aut mutilacionis. Atque tunc, etiam Iudices ex officio suo, iuxta criminis qualitatem eisdem malefactores morte afficiant, & ideo manent eo ipso irregulares: Clerici tamen qui præmissa illa protestatione, conquesti sunt: nec manent irregulares nec peccant. Sic enim constitutum est in cap. 2. De homicid. in 6. Idque factum est, ne laici videntes Clericos non audere conqueri coram Iudicibus secularibus timore irregularitatis, ipsi auderent eos interficere; & bona eorum diripere. Cetera quæ possent de hac re annotari, reiciuntur in tractatum de irregularitate, insti-

tuendum in seq. lib. 30.

tract. 2.

#### POSTERIOR PARS CAPITIS.

In qua traditur eadem proposita explicatio, quoad occisionem factam auctoritate priuata.

I Licitum, atque adeo mortale homicidium esse, priuata auctoritate hominem, etiam malefactorem, occidere, probat D. Thomas 2.2. quæst. 64. art. 3. auctoritate D. Augustini, & ratione: postquam ipsum Sylu. Homicidium i. nam. 5. ver. 4. D. Anto. 2. par. tit. 7. cap. 8. §. 2. & passim alij. Aperte autem ostenditur ex eo, quod vindictam sumere de malefactores ad solos Principes, solave publicas potestates pertineat, ut D. Paulus satius indicavit in cap. 13. Epist. ad Rom. illis preletum verbis, Si malum feceris: time: non enim sine causa gladium portat (de constituto in potestate publica loquetur) Dei enim minister est, vindox in iram ei qui malum facit. Idemque satius monstrat ratio naturalis: qua duce nulla inquam fuit ratio tam agrestis, quam priuatis personis proprias iniurias vilesendi copiam fecerit. Et merito, quia nemo aliqui esset, qui si posset, ultra iustum & quam in vindicaret: cum quisque obnubilata ratione, ob iniuria accepta dolorem, pessimum fulgex latitudinis penæ infligendæ, nec facile audiat excusatōes eorum qui afficerunt iniuria.

Ex qua generali doctrina colliguntur in particuliari, quod mortaliter peccet vir, si propria auctoritate vxorem in adulterio deprehensam occidat. Pro quo plures autores citant Couar. in Epitome 4. Decretal. par. 2. cap. 7. §. 7. m. 9. & Thomas Sanchez in lib. 7. De matrimonio disput. 16. in principio: quibus merito addi potest Sotus lib. 5. De iust. & iure, quæst. 1. art. 3. ad i. dubio tertio, & in 4. enten. difinit. 37. quæst. vñca, art. 3. vbi plenius ea de re agit. Nobis autem sufficere potest quod de tali peccato aperte constet ex cap. Admonere, 33. quæst. 2. per illa verba, Nam si verū (quod absit) fuisset, sic ut ille adulterer mentitus est; post septem annos potestit peracta, dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses; occidere autem nullatenus debuit. Ex quibus verbis pater non excusari ab homicidio mortali virum qui vxorem in adulterio deprehensam occiderit.

Nocte huic doctrina aduersantur leges ciuiles. Non enim talibus occisionem permitunt, sed tantum leuius puniunt, quam alioqui facerent, ut patet ex lege Si adulterium 5. Imperatori. Ad legem Iustitiam de adulteriis. Neque si permettunt daretur excusatōe à peccato, cum id sit res de homini Christiano illicita, ut expressum est in cap. Si quod, 33. quæst. 2. Neque in foro conscientiae refert, quod leges ciuiles securus habeant, quam canonica: nam vt dicitur in cap. Inter haec, eadem quæst. 2. sancta Dei Ecclesia mundani non quanum constringit legibus. Verumtamen ex Sylvestro Homicidium i. quæst. 2. ver. 6. id intelligendum est, cum lex permittit, non puniendo, Nam si permittat committing particulari potestatem ad talem executionē, excusatōe erit à peccato; quia inde talis commissarius efficiens publicus iustitia minister: vt, ex Soto, quando lata à Superiori sententia sit marito potestas occidens vxorem adulteram. Quod vero licet legi, licet & ei cui lex committit. Sed aduertere debere adesse conditio-nes, quas ad homicidium licitum necessarias esse, habitum est in præced. huius cap. parte.

Ceterum istud quod de marito cui à lege vel à Principe fuerit facta potestas occidendi vxorem adulteram, diciamus exculpi a homicidio mortali: patet dici debet de illis qui à Principibus facta legitime potestate (vt non unquam etiam proposito præmio fieri solet) occidunt diffidatos, id est, malefactores in quos postquam citati in iudicio, & condemnati non comparuerunt, data est cuique potestas illos interficiendi. Qua de re Ludouicus Molina De iust. & iure, tom. 3. tract. 3. disput. 7. & Petrus à Nauro. lib. 2. De reslit. cap. 3. a. num. 216.

In ea autem quinque conditiones sunt obseruandæ, ut peccatum omnino vitetur. Prima est, ut talis extra dictio- nem dicti Principis non occidatur, nisi consentiente Domino regionis. Hac habet Sylvestris Homicidium i. quæst. 3. Altera, ut ipse diffidatus non toleretur iam ab aliquo

annis;

annis; inde enim dissidatio censetur cessasse tanquam tacite reuocata. Tertia, ut non sit pater eius qui interficit. Nam nec in foro exteriori committitur filio ut in patrem mortis sententiam exequatur, ut nec in seipsum. Quarta, ut non interficiatur ex odio, vel ex alio prauo affectu, sed ex zelo iustitiae. Quinta, ut sententia illa per quam diffidatur, sit iusta. Ad quod necessaria sunt haec. Primum, ut causa propter quam fertur gravis sit. Secundum, ut serueretur in eo iuris ordo, de quo dictum est in praeced. num. 12. Tertium, ut necessaria sit eam ferendi: nempe quia non potest talis malefactor alia ratione interficere. Concedere autem eiusmodi potestatem, ut Sotus in memorato art. 3. admetat, et folius Principis, aut legis; non vero Iudicium particularium: neque, ut ille addit, concedenda est quacumque de causa: quia cum malefactores sic occiduntur plerumque decidunt e vita sine sacramento, & cum peccato mortaliter: ac sepe in talibus, interficiuntur ex odio.

## Quæstiones aliquot de eadem re.

**H**ec aliquot quæstiones ad rem propositam spectantes occurruunt explicande breuiter.

**PRIMA EST.** De occisione tyranni quam tractant Caietani. & ceteri Diui Thomae interpreti 2.2. quæst. 64. Sotus. De iust. & iure quæst. 1. art. 3. Sylvestris & alij Summularijs in verbo Tyrannus, distinguentes duplēcēm tyrannum, vnum in modo regendi: qualis est qui cum iustum habeat titulum, verusq; Rex sit, tyrranice ramen regit, omnia in propriam utilitatem convertent. Alterum vero in iure dominij: qualis est ille qui vel vi armorum, vel alias inique occupat. Rempub. Quidquid autem sit de posteriori constat de priori non esse liberum ipsum occidere tum quia vxor alioqui posset pari ratione occidere maritum suum, si tyrranice in illam dominaretur; & filius patrem si legem paternæ dominationis tyrranice excederet. Itemque oves pastorem, siue ille sit simplex Parochus, siue Episcopus siue Papa, si quidem aliquis talium tyrranice regeret: vnde sequeretur maxima totius iustitiae confusio. Patet etiam ex eo quod Diuus Petrus in prima sua canonica, cap. secundo, admo near Christianos subditos esse dominis suis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Atque de hoc tyraano, ut citati authores notant (et probat Petrus à Nauarra, Derefisi. lib. 2. cap. 3. num. 306.) intelligitur definitio Concilij Constantien. lœssi, statuentis hæsim esse existimare, quod cuilibet licet tyrannum occidere.

**SECUND A QVÆSTIO.** An licet priuatis si non occidere, saltem membro miuilare aliquem priuata auctoritate. Ad quam respondendum est, iuxta D. Thom. 2.2. quæst. 65. art. 1. non licet: ne quidem volente illo cuius est membrum: quia per id fitiniuria communiciat: nisi forte ille tale quid vellet ob curationem: ut quando putridum est membrum, aut à viperâ tactum, ex eodem D. Thom. & Soto lib. De iust. & iure, quæst. 2. art. 1. Qui in art. 2. merito addit, nec pati esset licitum priuare filium membro suo: tantum abest, ut possit illum occidere.

**TERTHA QVÆSTIO.** An licet priuatis, si non miuilare saltem vulnerare, verberare, incarcere, ligare aut aliud eius generis facere. Ad quam respondendum est, talia non licere quidem ei qui nullam habet iurisdictionem in alterum, quia eiusmodi actus sunt superioritatis; quam usurpando fitiniuria, tum ei in quem usurpat, tum Superiori ipsius, cuius laeditur. Licere autem ei qui iurisdictionem in alterum habeat, siue iure naturæ, prout pater habeat in filium: siue iure positivo, prout dominus in seruum: siue delegatione, prout pædagogus in discipulos sui cura commissos. Nam quamvis aliqui non licet occidere, aut miuilare, aut infligere aliam poenam atrocam (qualis est vulnerum, adiunctionum, flagellorum per vias publicas cum infamia, & percusso cum periculo mortis, aut vita immuniione: aut amissione membris vel partis illius) quia id non est oeconomicæ, sed politicae potestatis tanquam maioris, ad quam causas, & poenam maiores pertinere oportet.

Nihilominus tamen in usu oeconomicæ potestatis, li-

cere potest verberare, & aliam eiusmodi reparabilem punnam infligere ad punitionem & correctionem proprii inferioris: cum dominus aliqui bene institui & gubernari nequeat. Quæ doctrina est D. Thom. 2.2. quæst. 65. art. 2. & sectatorum ipsius, quos resert & sequuntur Petrus à Nauarra. in lib. 2. Derefisi. cap. 3. num. 459. Consequenter bene admonens, tales correctiones debet fieri tum moderate, quia excessus in eis iniustus est (ad eoque peccatum mortale, si arbitrio prudentis is magnus sit) tum etiam ex bono zelo, hoti autem ex ira & indignatione per quam subditu provocentur ad iracundiam hancque detersores. Id quod Apostolus ad Ephes. cap. 6. prohibet inquietus: Patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros. Est que peccatum mortale, non tantum ob ira vehementiam, & perperam factam correctionem: sed etiam ob participationem in alieno peccato mortali, cui iniipienter ac temere occasio datur.

Amplius idem consequenter subiungit contra Sotum, licere Superiori prædictis penas afficere suos Inferiores, non solum ad emendationem ipsorum, seu ne de cætero peccarent: sed etiam ad punitionem, siue eo quod ante a peccato. Nam potestas ipsorum est quasi iudicis, Superioris de dominum aliquod habentis in subiectos: non vero potestas solummodo correctionis fraternæ: ut patet ex eo quod in familia sicut in repub. peccata commissa puniantur etiam in emendato, ad aliorum saltem exemplum.

Subiungit secundo, non licere patruo, vel fratri, nepotes, fratres aut sorores punire, quando iij non sunt curæ illorum commissi: cum tunc non sint veri Superiores ipsorum, ita ut possint per modum castigationis, manus in eos iniciere. Quanquam negandum non est, quin ob coniunctionem sanguinis ad damna eorumdem vitanda, tale quid possint: quantum probabiliter ad illud sufficit, nec amplius. Pro quo facit quod ex cap. Cum voluntate in fine Desentent. excommunicat. excusat ab excommunicatione, qui aliquis de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum, seu minorum ordinum leuter percutiunt, ut cohabeantur ab insolentie suis. Quod Molina De iust. & iure, tract. 2. disput. 228. §. Illud obiter, extendendum censem ad seniores qui pueros absentibus parentibus insolentes compescunt aliqua percussione moderata. Nisi enim rixæ cum paréibus inde orturæ sint, opus est pius, parentum vices in eis suppleat: præfertum cum ad Iudicem tales deferre ridiculum esset.

Subiungit tertio idem à Nauarra, maritum habere ius verberandi vxorem: de quo dictum iam est in praeced. lib. 20. num. 47. Ad extreum subiungit, quod ex cap. 1. cap. Episcopum, cap. Cum Beatus, dist. 45. & ex cap. 1. & 2. De Clerico percosso, habetur illicitum esse verberare Clericos, intelligi debere de verberatione facta ex ira, & subita passione fine iuris ordine: queratione non tam castigatio quam injuriosa lesio esse censem.

**QUARTA QVÆSTIO.** Quas penas incurrat homicida? Ad quam respondendum est, ob peccatum homicidij incurri primo iure civili, poenam capitii; quæ approbat tam iure diuinio, per illud Matth. 26. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt: quam iure canonico, in cap. 1. De homicidio: cuius verba sunt ex cap. 21. Exod. sumptua. Si quis per industram occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum ut moriarur. Secundo, incurri iure Canonico ab eo qui Clericus sit, poenam depositionis ab officio & beneficio Ecclesiastico, inhabilitatisque ad omne tale officium, & beneficium: aut etiam irregularitatis. Quæ de re suis locis, nempe cum de beneficiis & irregularitate. Olim in foto conscientia, poenitentia perpetua imponebatur illi qui de industria homicidium commisseret. Ei vero qui commisseret casu, poenitentia 7. aut 5. annorum, ut habetur ex cap. Eos vero, & duobus sequentibus dist. 50. Postea autem in Concil. Triburensi cap. vlt. id ita temperatum est, ut summa poena etiam eius qui de industria homicidium commisseret, constueretur septem annorum. Sed tales canones sicut & ceteri poenitentiales, ut annorum viii libro septimo, num. 53. in desuetudinem abierunt; ac poenitentia iam relinqui-

tur imponenda Confessarij arbitrio. De obligatione ad restitutionem quæ iure naturali ab homicida incurritur, egimus libro decimo cap. 20. in priore parte capit. Ex-communicatio autem quæ ob percusserum Clerici imponitur, exposta est à nobis in appendice ad primum li- brum. Ea vero quæ in cap. 1. De homicid. in 6. imponitur occidenti Christianum per Assassinos, omittere possumus tanquam iniustitiam: iuxta ea quæ habent Sylvest. in verbo Assassini, & Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 135. §. 29. & expresse nota Coriar. in lib. 2. var. refol. cap. 20. nu- mero 10.

24. **QVINTA QVÆSTIO.** An aliquæ dentur cauæ ex-  
cussantes homicidium à peccati malitia, saltæ mortali. Ad  
quam repondetur: tres tales assignari posse: iustitiam, ne-  
cessitatem, & inconsiderationem. Propter iustitiam enim  
licet interficere malefactores, eo modo quo expofitum  
est in priori parte huius capituli: & indicat illud Pſal. 100.  
In matutino interficiebam omnes peccatores terra.] Pro-  
pter necessitatem vero, licet alium occidere, ad propriam  
aut alienam defensionem, eo modo quo poſtea expone-  
tur. Propter inconsiderationem demum, qui alterum oc-  
cidit, excusat̄ a peccato homicidij in sex casibus. Primus  
est, quando iſi qui occidit, furiosus eſt, aut mente captus.  
Secundus, quando eſt puer ante vſum rationis. Tertius,  
quando eſt dormiens, qui tres casus habentia in Clemen-  
tia De homicidio. Quartus, cum est sita cibruſ vte ni-  
mia ebrietate priuetur vſu rationis. Quintus, quando in-  
terficit ex ſubito motu ante omnem rationis deliberatio-  
nem. Sextus, quando cauæ & præter intentionem interfici-  
cit: idque, ſive dando cauam non efficacem, id eſt, ex qua  
non ſoleat ut plurimum sequi interficio, vt ſi infixisti a  
licui vulnus non lethale, & ſecuta eſt mors, vel malitia  
Medici, qui noxia appofuit: vel negligencia eiusdem, vel  
temeritate laſi qui oportuna remedia adhibere noluit.  
Pro quo facit cap. Significasti 2. De homicidio. Siue etiam  
dando cauam efficacem quidem, ſea periculoſam: ſed  
cautione ſufficienti adhibita ne inde aliquid incommodi  
ſequeretur: quia talis diligenter abſtergit periculum. Pro  
quo facit cap. Tua nos, De homicidio.

Obseruandum est itaque, totam rationem peccati, si qua in istismodi casibus inueniatur sum ex negligientia illius qui interficit: siue es dum interficit, det operam relicita, siue re illicita: adeo ut ille qui prater intentionem interficit, si in praecauendo non sit negligens, etiam si facit rei mortaliter illicite, non committat mortale homicidium: si negligens sit, crassa seu magna negligentia, committat homicidium mortale. Sin vero sit negligens leui tantum negligencia, committat solum veniale. Quae doctrina est. Calet. 2. 2. quæst. 64. art. vlt. Sot. lib 5. De iust. & iure, quæst. 1. art. 9. Natur. in Enchir. cap. 27. num. 237. & Couar. ad memoriam Clemenc. pat. 2. §. 4. num. 10.

Illus autem fundamentum est, quod in eiusmodi casibus, occisio non sic voluntaria, nisi in sua causa, qua est negligientia ipsa, cuius proinde tantum ratione, illa potest ad culpam imputari. Atque hinc, quando adulterii est in causa vxoris a marito interficeretur, si id casu contigerit, & prater omnem expectationem ipsius; licet sit reus adulterii, non est tamen homicidij. Non refer vero, quod forte actio praedicta coniunctum habeat periculum homicidij; quia quamvis possit quis contra charitatem peccare, id volendo, quod est coniunctum cum damno proximi: tamen si adhibita fuerit sufficiens diligentia, ut periculum ipsum viretur, vtque dominum non sequatur, excusatio est a tali peccato: quia ad peccatum requiriuntur consensus, qui nullus tunc est in homicidium. Nec enim homicidium sub voluntate cadit tunc directe, quia ex hypothesi contingit preter intentionem: neq; indirecte, quia, ex hypothesis quoque, adhibita est ad illud caendum omnis diligentia; ita ut deest negligenter ob quam censeri possit quis voluisse indirecte. Quanquam quia occidens perci-  
tus sit, diligentiam raro adhibet, soler in foro exter-  
no prasumi homicida: in interno autem

C A P V T I I I .

*In quo explicatur si ne aliquando licitum interficere innocentem.*

S V M M A R I V M.

- 25 Nunquam licitum est directa intentione occidere innocentem.

26 Quando licet vel non licet in bello iusto innocentes occidere cum nocentibus.

27 Non licet filios innocentes occidere ob crimen patrum.

28 Non licet occidere innocentem pro reipub. liberatione.

29 Quid licite agi post tyranno potente fisi radi innocentem.

30 Iudex eum quem esse innocentem sci priuata scientia, ad mortem condemnando secundum allegata & probata, non peccat, nisi id faciat contra suam conscientiam.

31 Si iudex sit inferior debet illum remittere ad superiorum: non item officium suum dimittere.

32 Princeps potest illum liberare, vitato tamen scandalo.

33 Quatenus licet sit carnifici executio sententia, quam nouit iniustam.

34 Quatenus licet sit militibus occiso aduersariorum in bello de cuius iniustitia cùm non constat.

35 Quando licet ac cum periculo vite aliena suam fernare.

36 Explicatio difficultatis, An licet foetum excutere, vi morte a morte liberetur.

**R**E hanc non carere difficultate videre est apud Petri  
à Nauar. in lib. 2. De testic. cap. 3. num. 1. 8. & aliquot  
sequentibus. Sed tenendum est cum D. Thomâ 2. quæf.  
6. 4. art. 6. prout tenet Sylu. Homicidium 1. quæf. 2. ver. 2. Ca-  
riet eo lem verbo circa principium, Sotus in 5. De iure & iure, q. 1.  
art. 7. & à Victoria in elect. de iure belli numero 35. Numquam  
licetum esse directa intentione occidere in innocentium iux-  
ta illud Exodi 23. Insontem & iustum non occides. Nec  
obstat quod Abraham occidere voluerit Isac filium suum  
innocentem; quia id volebat ex mandato Dei, qui tan-  
quam virtus dominus vniuersalis, poterat ad id facultatem  
dare, prout bene ait Sotus sub finem cit. art. 7. Procedit autem  
hæc doctrina quantumvis certo constet talem inno-  
centem furum beatum, quia innocentis occisio ex rati-  
onib[us] praetextu, nulla ratione licita redditur, cum & tunc iustitia  
per eam violetur, viupando sibi dominium virtus aliena-  
re, quod solius Dei est: neque sunt facienda mala vtue-  
niant bona.

Dubia de re proposita.

**P**RIMVM EST, An quando licitum est bellum gare  
re ob interuenientem iustam causam, sit etiam licitum  
interficere innocentes, qui hostibus non cibentis mixti  
sunt. Hoc tractat à Victoria in *relect. de iure belli num. 34.* &  
*aliqua sequentia.* partemque negantem amplectitur: tum  
quia fundamentum iusti belli est iniuria: que illata non  
est ab innocentibus: tum quia non licet in repùb. pro deli-  
ctis malorum, punire innocentes: tum demum quia Deu-  
ter. 20. mandatus fuit Israel, vt quando viceperire ciu-  
tatem, alios interficiant quidem, sed parcant mulieribus,  
& parvulis. Vnde infert idem author in bello contra Tur-  
cas non esse occidentes partulos nec mulieres, exceptis  
iis quas conflare esse in culpa; additique videri idem in-  
dicium esse de innoxiosis agricolis apud Christianos: immo &  
de gente togata pacifica, itemque de peregrinis & holpi-  
tibus, qui apud hostes peregrinantur: ac demum de Cle-  
ricis quia omnes tales in bello præsumuntur innocentes,  
nisi contrarium probabiliter constet, vt cum actualiter  
pugnant.

Negandum tamen non est, quin licet innocentes simul cum nocentibus interficere, quando victoria contra eosdem nocentes nequit alteri haberi: ut ibidem num. 37. à Victoria facetur: proponens exemplum cum iustis opugnatur arx aut ciuitas in qua multos innocentes esse constat, neque bombardæ in eam displodi aut tela mitti possunt, aut ignis subiiciendi adiiciunt, quin in innocentes cum nocentibus opprimantur. In quo casu si illicetum effet innocentes occidere, non posse contra nocentes bellum